

timus iam antea, partum ancillæ furtiuæ fieri certis casibus furtiuum, & ideo dari pro eo actionem furti, hoc nō est generaliter verum, quia in casu, quo partus est cōceptus apud dominum, vel etiam apud furem, & deinde editus apud bonæ fidei possessorē, ille quidem partus est furtiuus, quia a fure contrectatus est, lātem per id, q̄ mater est contrectata, & tamen eo casu non competit actio furti, ita ut sit mitum aliquam rem esse vere furtiuā, & tamen non dari pro illa actionem furti. Sed hoc nō est notum hic, quia etiam aliis casibus accidere potest, vt res vere sit furtiuā, & tamen pro ea non competit actio furti, vt est, si seruus meus, vel filius, q̄c in potestate habeo, facit mihi furtum: tunc res quidem sit furtiuā, tamen actio ideo nō competit mihi contra illos, l. serui & filii, ff. ed. cum inter patrem & filium, dominū & seruum, non possit aliqua iudiciale lis esse, l. lis nulla, ff. de iud. Sed quærat alius rationem diuersitatis, quinā fiat, vt ille partus sit furtiuus vere, & non etiam detur actio furti? Nam quod de patre & filio, domino & seruo diximus, habet propriam rationem ex d. l. lis nulla. Sed t̄ nulla certa ratio hic appetit. Vnde Bart. hic circa finem conatur dicere rationem diueritatis. Nam, inquit, iure est constitutum, vt quantis per partus est in utero, & aliquid accidat quod possit ei esse commodo, tunc habeo regulam, quod partus habetur prolatu nato. l. qui in utero, ff. de stat. hominum. Sed quod partus qui adhuc est in utero, utile sit quod fiat furtiuus, ex eo colligitur: quia eo ipso quo sit furtiuus, amplius non potest vñscapi. Vnde si non fieret furtiuus, posset vñscapi: & sic facile posset accidere, quod per illā vñscaptionem cogetur ille partus habere durum aliquod dominium, q̄ esset inutile. Et ideo, sicut partus editus farto sublatu, est furtiuus & inuscapibilis: ita etiam dum ad hoc in utero est, cum tractatur de eius commodo, debet haberipiam nato, id est, dum in utero est, & furtum committatur in matre ipsius, contrectatione matris ipse etiam sit furtiuus. Et hanc putat Bart. esse rationem, quare partus fiat furtiuus. Sed cur non detur actio furti in casu, quo partus sit editus apud bonæ fidei possessorē ratio est: Quia ut illa actio detur, non interest, nec est utile partui: sed si quæ est utilitas, ea redundat ad ipsum dominum. Sed tūc iterum habeo regulam, quod partus dum est in utero, si agitur decisus in commodo, habetur pro non nato, vt per Dd. in d. l. qui in utero. Et licet hæc ratio Bart. habeat fucum veritatis: tamē non probatur mihi. Nam dum dicit Bartol. posse per vñscaptionem illum partum incidere in durum dominū, quod esset ei utile: eadem ratione ego dico posse fieri, vt tatione vñscaptionis incidat in clementem dominū, & meliorem quam alius fuit. Ideo puto esse dicendum, q̄ ille partus ideo fiat furtiuus, quia cum mater prægnans aucte contrectatur, eo ipso afficitur partus quodam reali & inseparabili vitio, l. si abducta, s. cod. Quod vitium sequitur partum, sicut lepra, quo cuncte gentium venient, argum. l. domo, ff. de pign. act. Quod non sit in actione furti, quia illa est personalis, & datur ad pecuniam, vel ad interesse. Sed tānch habeo regulam, quod in actionibus personalibus cum quis est consequens totum integrum, quod deinde nō habeat actiones ad partes, l. in commodato, s. penult. ff. commod. l. si seruus, s. bonæ, ff. de condic. furt. Et quæ sic dividimus de partu humano, eadem etiam intelligenda sunt de partu animalium furtiuorum: vt si prægnantem vacuam fūratus lum, aut vacuam, quæ apud me furem concepit, & deinde edit apud bonæ fidei possessorē, vt fetus etiam fiat furtiuus, ita extendit hic textum nostrum gloss. & habemus ad hoc textum in d. l. qui vas, s. si ancilla, ff. eodem. Et t̄ haec sunt vera quo ad vitium furtiuitatis: sed est diuersatio partus humani, & partus reliquorum animalium, quo ad vñscaptionem. Nam in partu humano, quando editur penes bonæ fidei possessorē, tunc datur vñscapendi conditio, vt per triennium fiat possessoris. Sed in partu animalium circa bonæ fidei possessorē est alia ra-

tio, quia bonæ fidei possessorē facit omnes fructus suos, l. bone fidei emitor, ff. de acq. rer. domin. Nec est opus aliqua vñscapione, quia res iam est ipsius possessoris, tamen in partu humano requiritur ante vñscapio. Et diuersi atque est ratio inter furtum animalium & partum humanū, quod fœtus animalium computantur in fructu, leg. in pecudum, respon. 1. ff. de vñsur. d. l. qui vas, s. ex furtiuis. Et ideo illi fructus fiunt bonæ fidei possessoris, partus autem humanus non est in fructu, quia absurdū esset, vt homo esset in fructu, cuius gratia natura omnes fructus produxit, ita dicit text. in d. l. in pecudum, respon. 2. Ex t̄ quo quidam inferunt, vt hic Salycet, quod fœtus animalium mansuetorum vel domesticorum magis computetur pro fructibus industria libus quam naturalibus. Quia illi fructus ut existent & viuant, indigent magna industria possessoris. Nam alias si essent fructus naturales, tunc continuo fierent possessoris, quod Salycet negat, secutus Albericum, in cap. grauis, colum. 2. extra de restu spoliat. Ego teneo, quod bonæ fidei possessor, si habet titulum, omnes fructus, siue industriales, siue naturales, faciat suos, & hoc recte intuenti vult text. in d. l. bone fidei emitor, qui generaliter in omnibus fructibus loquitur, quæ faciunt pro limitatione leg. fructus, la 1. ff. de vñsur. Ultimo t̄ not. est, quod vbi est casus legis, id est, vbi habemus expressum textum, ibi nulla debet esse dubitatio, nec etiam questio, cum questio sit dubitabilis propositio, vt dicunt Dialectici, & vult text. in l. Labeo, ff. de Carb. edict. Quod facit ad plurima. Finge, inter duces Saxonie esse quoddam statutum familie, vt est inter multos alios Principes, & Comites eiusdem familie, vt si inter illos aliqua questio incidat, alter alterum non debeat citare ad Cameram, sed debeat de illa questione compromittere in certos arbitros. Finge disceptationem ori-ri de causa, decisa in iure: & vt declarerit, Finge unum ex ducibus Saxonie, qui cum habet et uxorem sterilem, nec speraret unquam liberos, donasse suo cōsanguineo magnam partem fortunarum suarum, moritur illa anus steriles, superinducit Princeps iuuenclam, ex qua tollit liberos: vult reuocare donationem factam propter recens natos liberos, donatarius repugnat. Iam est questio, ante-neat̄ donatarius in eo casu restituere res donatae. Donatarius appellat arbitros, iuxta statutum familie, quod dicit, vt questiones apud arbitros determinentur: Donator inquit: non est opus ire ad arbitros, quia nulla sit questio. Id enim quod est in iure decisum, non potest dici dubitabile, per text. nostrum hic, & ea quæ diximus. Et quod sit casus lege decisus, habemus textum in l. si unquam, infr. de reuoc. donat. Et pulcre Lud. Rom. conf. 289. & conf. 26. Et certe putarem, donatorē fouere iustitiam. Et ita ego consului de facto:

L. 12. POST DECISIONEM.

1. Transactio tollit actionem furti, & non partis solutio.
2. De omni delicto poenam sanguinis interrogante, potest transigi.
3. Transactionis exceptio est illius finitæ, quæ admodum praescritio, iurisfundi, & rei indicatæ.
4. Transactio facta super actione furti, an etiam ad conditionem furtiuam extendatur.
5. Juramentum interpositum super factu, extenditur ad omnem ius quod descendit ex illo facto.
6. In dubio transactio censetur generalis.
7. An domini possint de dannis subditis suis illatis transigere.
8. Parte soluta, reliqua peti potest actione furti.
9. Reus debendi vel indebitor in solidum obligatus, partem solvens, se libetata tota obligatione.
10. Solvens rem furo subtraetam, non idcirco furti actione liberatur.

QVæ lex habet duas partes, quas explicabimus duobus notabilibus. Prima enim agit de eo, qui solvit partem debiti, precedente transactione: altera autem, si soluat pars debiti, nulla precedente transactione, ibi, quod si non transisti. Et t̄ dicit in summa; Per transactiō factam inter furem, & eum cui farto sublatum est, receperit ab actione furti: non autem sic in solutiōne partis, si nor-

Kkk 2

pr
cedat